



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica LI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

pera Diaboli<sup>c</sup>, omnemque potentiam se aduersus maiestatem tuam efferentem<sup>d</sup>; irrita fac omnia confilia, quæ contra verbum tuum & Ecclesiam capiuntur<sup>e</sup>, quoad plene tandem ac perfecte regnes<sup>f</sup>, cum eris omnia in omnibus<sup>g</sup>.

<sup>a</sup> Pſal. 143. 10. Pſal. 25. 4. 5. b Pſa. 118. 25. 26. Pſal. 51. 20. Pſal. 122. 6. 7. c Rom. 16. 20. d Pſa. 129. 5. Pſal. 5. 11. e Pſal. 83. 4. 5. 6. 17. Pſal. 9. 21. f Apoc. 22. 17. 20. g 1. Cor. 15. 24. 25. 26. 28.

DOMINICA XLIX.  
QVÆSTIO CXXIV.

*Quæ est tertia petitio?*

*\* quemadmodum  
† sic etiam*  
RESP. *Fiat voluntas tua*, \* sicut in cælo, † & in terra: hoc est: Da vt nos & omnes homines, voluntati propriæ renunciantes<sup>a</sup>, tuæ voluntati, quæ sola est sancta, prompte & sine vilo murmure pareamus<sup>b</sup>: atque ita singuli mandatum nobis munus fideliter & alacriter exequamur<sup>c</sup>, quemadmodum faciunt *Sancti & Angeli in cælo*<sup>d</sup>.

<sup>a</sup> Pſal. 141. 4. b Pſal. 119. 33. 34. 35. 133. Act. 21. 14. c Pſal. 103. 20. 21.

DOMINICA L.  
QVÆSTIO CXXV.

*Quæ est quarta petitio?*

RESP. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: hoc est: Suppedita nobis omnia quæ sunt ad hanc vitam necessaria<sup>a</sup>: vt per ea agnoscamus, te vnicum fontem esse, ex quo omnia bona emanant<sup>b</sup>; ac nisi tu benedicas omnem nostram curam & industriam, atque adeo tua ipsius do-

na, nobis infelicia & noxia esse<sup>c</sup>. Quapropter da, vt fiduciam nostram ab omnib. creaturis terrenis auersam, in te solo colloceamus<sup>d</sup> *cum spe firma*.

<sup>a</sup> Pſal. 145. 15. 16. Pſ. 85. 10. 11. 12. 13. Prou. 30. 7. 8. b Pſal. 65. 3. Act. 14. 15. 17. c Deut. 8. 3. Pſal. 127. 1. 2. Prou. 10. 22. Hag. 2. 16. 17. 18. 20. d Pſal. 146. 3. 4. 5. 6. 7. Pſal. 55. 23. Pſal. 62. 9. 11.

DOMINICA LI.  
QVÆSTIO CXXVI.

*Quæ est quinta petitio?*

RESP. *Dimitte nobis debita nostra*<sup>a</sup>, sicut & nos remittimus debitoribus nostris: hoc est: Nobis miserrimis peccatoribus, omnia peccata nostra, atque eam etiam prauitatem concupiscentiæ, quæ in nobis etiamnum hæret<sup>b</sup>, propter Christi sanguinem ne † in actum perducisinas, quemadmodum nos quoque hoc tuæ gratiæ<sup>c</sup> *donum* in cordibus nostris † *foresperamus*, quodque firmiter nobis propositum habemus, omnibus qui nos offenderunt, ex animo<sup>d</sup> ignoscere<sup>e</sup>.

<sup>a</sup> Pſal. 51. 3. 4. 9. 11. Pſal. 25. 7. b Luc. 11. 4. 6. Rom. 4. 7. 8. Matth. 26. 28. d Matth. 18. 35. e Luc. 11. 4.

DOMINICA LII.  
QVÆSTIO CXXVII.

*Quæ est sexta petitio & septima?*

RESP. *Et ne nos inducas intentationem, sed libera nos à malo*: hoc est: Quoniam ipsi natura adeo debiles & infirmi sumus, vt ne momento quidem subsistere possimus<sup>a</sup>; infensifimi